

[17]

Deum maxime Mercurium colunt.

Huius sunt plurima simulacra:

hunc omnium inventorem artium

ferunt,

hunc viarum atque itinerum ducem,

(hunc ad quaestus pecuniae

mercaturasque habere) vim

maximam arbitrantur.

Post hunc Apollinem

et Martem et Iovem et Minervam.

De his eandem fere,

quam reliquae gentes,

habent opinionem:

(Apollinem morbos depellere),

(Minervam operum atque

artificiorum initia tradere),

(Iovem imperium caelestium tenere),

Martem (bella regere).

Huic,

proelio dimicare constituerunt,

ea quae bello ceperint plerumque

devoent:

cum superaverunt,

[animalia capta] immolant

reliquasque res in unum

locum conferunt.

Multis in civitatibus harum rerum

exstructos tumulos locis consecratis

conspicari licet;

neque saepe accidit,

ut neglecta quispiam [religione aut

capta] apud [se occultare aut posita]

tollere auderet,

gravissimumque ei rei [supplicium

cum cruciatu constitutum] est.